


Caspar Bartholin


Caspari Bartholini Malmogii Dani Enchiridion Metaphysicum : Pro angusta tyronum memoria

Editio Nona, [Wittenberg]: Heiden, 1623

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796635250>

Druck Freier  Zugang





℞

109.17.

114p 7m 1561 58

52p 4m

A-C

A-C 16m

114p 7m

7m

Elb-3159¹⁻⁵

Domini Elb-3159
l. m. 1

na
100

5
CASPARI BAR-
THOLINI

Malmogii Dani

ENCHIRIDION
METAPHY-
sicum.


L. L. H.
Pro angusta tyronum
memoria.


Editio Nona.

Cum Gratia & Privilegio E-
lectoris Saxonie.

ANNO ∞ Iſc XXIII.

Impenſis CASPARI HEI-
DEN Bibliopola.





AUTORIS PRÆFATIO.


REGINAM hanc scientiarum, hæctenus speciosissimis voluminum palatiis ostentatam, pagellarum hisce cancellis angustare & includere aggredior. At prævident hercule mentis oculi, fore haut paucos, qui Rheno-Oceanum adeo vastum à me cogi obgerât. Sed corporis sæpiculè usurpavi oculis, quod ex grege Apollinea, sine Dominæ hujus viatico, ad facultatû superiorû iter infelici emetiendum pede se accinxere hac ratione immensam autorum prolixitatem, ne dicam inanem verborum vitare cupidit. Per eam causam tanti facere occurrentiam strepitus relligio est, ut in curâ esse de memoriæ juvenilis angustis penatibus desistam, quin diffuso potius, quæ mirâ brevitate, ac ut reor, ante hac non visâ, concepi. Fuere superioris in ætatis hominibus, qui artium hoc fastigium sine indefesso ingenii molimine attingi nō posse cernentes, ne tamen inciorum albo nomina darent, hoc facti habuerunt; ut illud vel ob subtilitatem proscriberent, vel ob inusum prætoris & fas adfectum damnarent. Tantæ molis erat; declinato labore, ignorantia notas vel inter proprios ignorantia fratres subterfugere. Quod si opinio hæc ad occasum nondum vicina, in multorum animis altas radices egit

P R Æ F A T I O.

agereve capitur, mirum nullum. Comitibus namque ignaviae diurnitatem exigit. Nos autem utilitatis certi, ambitioso illi veterano, quod depererent, immori illos patiamur, malorum suorum sanos vix unquam futuros. Alii hujus Charybdis osoras, novitatis proni in Scyllam nibilo tutiorem se precipitare, Deos ad emulatum, seu ridicula & puerilia spernere; quidquid vel Aristoteles cum plerisque veterum in Logicis, Physicis & Metaphysicis, vel Ptolemaeus in siderum scientia, vel alii in aliis posuere. Ptolemaeum ad solum caelum Astronomiam condidisse, aliosque cum eo condere, erroneum censere; multa super hac re disputantes. Aristotelis quoque honori obstrigillantes, longè alium, quam is docuit, discursum Logicum, rerum naturalium conditiones & generationes alias; Entium item rationes alias introducere. Et divinae si non planè impotes fuissent virtutis; novum caelum, mundum, naturam creassent. Sed & hos, ut animi nimios, sensu suo abundare patiamur. Mentis meliores median pergebant viam; neque subtilitatis philosophicae scopulos ut inaccessos fugientes, neque seu faciles ita in postremis habentes, ac si difficiliore adhuc & insuetiore querendi. Itaque ne à linea, quam insitit, excidam, age de prima duntaxat Philos. laxetur stylus, cum alienos fines nefas scandere. Huic equidem medii viatores omnes primas meritò debuerunt ac titulos dignitatis, nobilitatis, necessitatis

PRÆFATIO.

litatis, difficultatem agnoscunt: at superabilem. Hoc unum pars maxima obvertunt: ariora aromata longinquo itinere ad nos per saxa per undas vehi, & ob id paucos Corinthum. At sciant etiam, orientalem orbem citius faciliusque accedi, si Isthmus quidam non ita magnus perfoderetur. Et huc usque radiosum ad Metaphysicæ portum remigium per rotas Aquarii, Fonsecaz, Suarez, &c. virozum doctiss. monumenta. Nunc vero Isthmum hunc pro virili effossum prodo, ut faciliori peractâ navigatione, de difficiliore quoque & tardiori non tardent. Quod si, ut multis infortunii anxius usque venit, procellosum illud æquor infirmior tatis non ferat; litora saltem in hoc Isthmo legantur. Cum vix unquam allisa navis, medio velo legens litus. Ita fiet; ut, cum ad ampla facultatum maria deventum fuerit; fluctibus non pernicis obruantur. Athenis Rauracis, Anno 1607.



INDEX CAPITUM

Partis communis.

- | | |
|--|--|
| I. Cap. De Ente, ejus-
que conceptu. | IIX. De modis Vnius.
Finito & Infin. Per-
fecto & imperfecto,
Priori & Post. Eodem
& Diver. Aequali &
Inæq. Simili & dis-
sim. ubi simul de Di-
stinctione. |
| II. De uno & multis,
ubi simul de Toto, &
principio Individ. | |
| III. De Vero & Falso. | |
| IV. De Bono & Malo. | |
| V. De Actu & Poten-
tia. | |
| VI. De Causa & Cau-
sato. | <i>Partis proprie.</i> |
| VII. De Necess. & Con-
tingente. | I. Cap. De Substantia.
II. De Deo.
III. De Intelligentiis. |

Nomina eorum, qui Metaphysicam scri- ptis illustrarunt, & ad manus nostras pervenerunt.

Agid. Rom.	Corn. Martini.	Pfellus.
Albertus.	Cramerus.	Seaynus.
Alexandri de Ales.	Flaminius.	Scotus.
Ant. Andr.	Fonseca.	Serranus.
Aphrodisæus.	Goclenius.	Soncinas.
Aquarius.	Havvenreuter.	Snarez.
Arnifæus.	Jac. Martini.	Thomas.
Averroes.	Javellus.	Timplerus.
Burlæus.	Niphus.	Venetus.
	Philoponus.	Verfor.

PRO-

PROCEMIUM,
DE DEFINITIONE
ET DIVISIONE PRIMÆ
Philosophiæ.

DEFINITIO.

METAPHYSICA est sapientia de Ente quatenus Ens est, eique annexis, modis Entis communibus, primis principiis, & primis causis.

Definitur *in alio nomine vocatur* 1. Sapientia 2. Prudentia, quia ut hac Practicis, ita illa in speculatis disciplinis expetenda maxime. 3. Philosophia absolute κατ' ἑξῆς. 4. Philos. prima, quia rerum prima principia ac causas inquirat. 5. Theologia naturalis, quia, quantum lumine naturæ fieri potest, de rebus immaterialibus, incorruptibilibus, actibus puris, &c. tractat.

Dicitur *ὡς τὸν μετὰ τὸ ἐπιστήμη*. 1. Ob subjecti excellentiam. 2. Ob ejus cognitionem res singulares & naturales subsequenter ordine acquisitionis & inventionis; non verò naturæ, doctrinæ, vel dignitatis.

Genus est Sapientia. Quia I. Utrumq; habitū *ἡσυχίας & ἐπισημῶν* conjungit, respicienda principia juxta *ἔ* conclusiones. II. Sex hæ Sapientiæ

conditiones competunt. 1. Versari circa omnia. 2. Circa difficilissima, atq; sensib; remotissima. 3. Habere cognitionem certissimã. 4. Et aptitudinẽ maximam ad docendam, ut omnia ad prima principia ac causas reducere possit. 5. Et dignitatẽ, ut propter se, scilicet causa appetatur. 6. Et imperiũ ac dominium in reliquis artibus ac scientiis omnes, quæ partem Entis tantum aliquam sibi præscindunt, Ens; liminatum ac determinatum in se ant. dum Metaphysica interini Entis rationem absolue considerat. At hinc non sequitur. 1. Logicam cum Metaphysicã idem quid esse. 2. Omnes scientias subalternari Metaphysicæ. Nam primum quod attinet, nota, Logicam disciplinam quidem generalem esse ac communem ratione noematum intentionaliũ & reũ; non ratione reũ; rerumq; ipsarum. Quod ad secundum; dic ad veram subalternationem tria requiri. 1. Ut unius scientia subiectum, ab alterius contineatur. 2. Ut subiecta illa accidentalitẽ tantum diversa sũt. 3. Ut principia scientie inferioris seu subalterne demonstrantur a subalternantis. Hec autem requisita omnia huc non quadrant. Itaq; in solis ferẽ Mathematicis subalternatio obtinet. E.g. Arithmetica (subalternans) considerat numeros sine qualitate: Musica (subalternata) cum sono eosdem. Geometria lineam sine qualitate: Optica, ut in visu positam. Tom quoque medicina ferẽ subalternatur Physicæ.

Non ergo scientia videtur esse proprie sic dicta, quia deficient subiecti, 1. Principia, quæ tantum species Entis sunt & formæ abstractæ: Im-

modo ipsorum primorum principiorum & causarum
consideratio ac declaratio audit Metaphysica.

2. Passiones, quae tantum modi Entis sunt.

Differentia desumpta est à subjecto, cuius forme
male seu modus considerandi (quatenus Ens) de-
notat Ens non restrictum, sed universalissimum
& abstractissimum; quod est subjectum primū
primitate adæquationis, includitq; modus &
transcendentia. Subjectum autem primum primi-
tate perfectionis est Deus, Angeli & omnia ab-
tracta. Primitate attributionis est substantia,
de qua primò dicuntur transcendentia & univer-
salia istae affectiones.

Vox ergo quatenus (secundum Aquarium) spe-
cificativè hic accipitur, non v. reduplicativè, prout
notat subjectorum universalitatem, ut sensus sit:
Ens quatenus Ens est subjectum, i.e. non omne ens,
sed in universalitate quod consideratur. Sed Scoto
reduplicat, est quod Aquario spec. & econtrà.

1. Ens rationis, quia Logicæ opus ac effectum
est: ideoq; in arte, cuius est effectum, considerandū.

2. Ens per accidens, ut opponitur Enti per se.
Ejus enim causæ sunt indeterminata & contin-
gentes: scientia autem circa necessaria occupatur
& certa. Interim in Metaphysicis (ut paulò post)
Entium horum fit mentio, ut oppositorum eluce-
scat Entitas.

Divisio.

METAPHYSICA dividitur in partem com-
munè seu generalem, & propriam seu specialem.

A 5

Illa

Illa tractat de Ente in genere ejusq; affectionibus, seu iis, quæ Ens generaliter consequuntur. Hæc agit de speciebus Entis, quatenus ad hanc scientiam spectant.

INCIPI T

P A R S C O M M U N I S.

IN hac tractantur. I. *Ipsum Ens.* 2. *Ejusmodi seu affectiones, quasi aut unita sunt aut disjuncta.* Illa simpliciter cum Ente convertuntur, *Et sunt:* Unum, Verum, Bonum, Aliquid & Res; transcendentia vocata: quod omnia prædicamenta transcendant, & de omnibus dicantur. Hæc divisim cum Ente convertuntur: & sequuntur Ens mediâtè, vel immediâtè Si immediâtè, tum vel primæ sunt, ut cum *Ens omne* dicitur actus vel potentia, vel à primis ortæ, ut cum dicitur causa vel effectus necessarium vel contingens. Si mediâtè: mediant unita & simplicia, sicut mediante modo unius, *disjuncti:* hi modi *Enti tribuuntur:* Finitum & Infinitum, perfectum & imperfectum, prius & posterius, item, æquale, simile; *Et his oppositi.*

CAP. I. DE ENTE, ejusq; conceptu.

Definitio.

ENS est, quod concipitur ab intellectu tanquam notissimum.

Cum Ente nihil prius aut simplicius sit; descriptio hæc potius est, quam definitio.

Sumitur Ens dupliciter, 1. Pro eo, quod actum

fundè

essendi seu existentiam habet. 2. Quod existentiam in potentia habet: & tribuitur realibus essentibus: sive existant, sive non.

Est autem Essentia principium primum operationum & proprietatum.

Existentia est ultima rei actualitas, quæ res est extra suas causas.

Dicitur in definitione: quod concipitur. Ubi sciendum, conceptum vel esse objectivum vel formalem, Formalis (dictus, quod sit ultima forma mentis) est ipse actus intelligendi: quo formaliter menti rem cognitam repræsentat; eandemq; formaliter in intellectu determinat. Estque vel simplex, rem simplicem repræsentans, & dicitur verbum mentis, vel compositus.

Objectivus dicitur *res immediate per se formalem cognita. Quanquam autem res ipsa non sit conceptus, tamen denominatione extrinsecâ ita dicitur, habito respectu ad conceptum formalem. Hic etiam duplex: simplex quatenus per simplicem formalem repræsentatur, & compositus.*

Differt hic ab illo, 1. Ille semper est res vera & positiva, qualitas nempe menti inherens: Hic non semper; ut cum privationes & fragmenta concipimus. 2. Ille semper est Individuum quid, vel res singulariter per intellectum productis: Hic sæpè universalis seu communis.

Fonscæ distinctionem conceptus in distinctum, confusum & medium; ut superflue acaneam omitto.

Nunc sciendum dari omninò unam conceptum formalem Entis ut Ens est, item objecti-

*Su n distinctum realiter à conceptibus particula-
rio. substantia, accidentis, &c. Nam 1. Audit à voce
Entis; mans ad unum collecta, & ea quæ in re di-
stinguuntur conjungens, format unum conceptum
Entium omnium, prout in ratione essendi conveni-
unt. Considerat n. Ens ut Ens; non prout tale vel ta-
le hoc vel illud; ita enim analogice Ens Entibus
particularibus tribuitur. 2. Conceptus Entis est sim-
plicissimus, item ex se primus, & facillime ab homi-
ne formatur, ut habet Entis definitio. Ens enim est
primo cognitum, propter conceptum ejus genera-
lissimum & imperfectis. Unus conceptus object.
etiam datur. Nam 1. ab hoc formalis totam suam
unicatem & rationem habet. 2. Omnia Entia rea-
lia habent in ratione essendi aliquam convenienciam.*

Divisiones.

I. Aliud est Ens per se, aliud per accidens.
Ens per se significat. 1. Propositionum verita-
tem, qua ratione privationes Entis, rationis in-
cluduntur. 2. Magis propriè Ens simplex ejusdem
predicamenti, ut hoc loco. Ens per accidens in-
telligit non ut substantiæ opponitur, quod ad
Metaphysicam spectat; sed ut Enti per se opposi-
tum, aggregatum est & concretum ex aliis Enti-
bus & rebus. 1. Ex accidente & accidente. 2. Ex
subjecto & accidente. 3. Quando ex accidente
& subjecto sit unum.

II. Aliud Reale, aliud rationis,
REALE vel est extra intellectum; vel in intel-
lectu, à quo tamen non merè confectum est
in fragmenta Poetarum, sed producitur à causa
effeci-

effectiva reali, ut *habitus scientifici*, estq; in alio subjective. Excludo ergo quæ in intellectu sunt ob-
jectivè & obiectivè consequenter. Nam:

Subjectivè in intellectu aliquid esse dicitur, ut accidens in subjecto. Objectivè dicitur in intel-
lectu esse per modum objecti, quod tamè extra intel-
lectum aut in alio est *subjectivè*, aut alias rea-
lem habet existentiam. Sic color in visu est obiecti-
vè, resq; intellectu, ut Leo, &c. Objectivè conse-
quenter in intellectu dicitur, quod consequitur
rem objectivè in intellectu hærentem, per ope-
rationem intellectus; ut sunt *Entia rationis seu*
notiones secunda, quæ rei naturam consequuntur.

ENS RATIONIS (alias *norma noematum*, *in-*
sentio vel impositio secunda, &c.) propriè dictum,
est, quod rem sequitur mente conceptam per
operationem intellectus, quodq; in mundo o-
peratione cessante nihil est positivi, de Ente ta-
men reali dici potest. *Breviter*: Est conceptus
conceptum. *Hic* excluduntur. 1. Merè conficta,
ut *Chimera* &c. 2. Privationes & negationes, quæ
conciipiuntur, ut *Entia*. 3. Quæ *Entia rationis* abu-
sive sumuntur, aut pro iis, quæ artificio humano
per mentis operam extracta; aut pro iis quæ
subjectivè in intellectu sunt: quæ tamen omnia,
Entia realia. Non omnia ergo Entia rationis
sunt noemata secunda.

Fiunt autem ab intellectu Entia rationis, ob
eius 1. Imperfectionem, 2. Propositionem intē-
dendi cognitionem negationum & privatio-
num, quas concipit ad modum Entium.

ENCHIRIDION

: *Differunt* noemata secunda à primis, quia hæc res ipsas statim per medios animi conceptus significant, & fiunt per conceptus directos; illa per reflexos, & primis imponuntur.

CAP. II. DE UNO.

Sequuntur modi Entis & primo uniti seu simplices. 5. Unum, Verum, Bonum, Aliquid, Res. *Quem numerum sic probant:* Affectio unita sequitur Ens *consideratum* vel in se absolutè, vel in ordine ad aliud, in se vel affirmativè, & cum est ipsa ejus essentia, atq; oritur RES: vel negativè, & negatur Divisio in se: unde indivisio supra Ens dicit UNUM. In ordine ad aliud, vel ratione divisionis unius ab alio, & oritur ALIQUID quasi aliud quid: vel ratione convenientiæ unius cum alio: que est Entis, vel ad intellectum, ut VERUM; vel ad voluntatem, ut BONUM.

Possunt tamen 3. tantùm esse transcendentia; si res conjungatur cum Ente, & aliquid cum uno. Nam Res. 1. Est potius Entis synonymum, cum significet Entis essentiam & quiditatem: terminus ergo est ab Ente diversus ex diversâ saltem vocis impositione. 2. Adjectivè cum Ente non conjugitur, ut modi alii. Sic ALIQUID dicitur. 1. Quasi aliud quid, & includitur in ratione Unius. 2. Quod quiditatem aliquam habet: cui opponitur nihil vel non Ens & sic est Entis synonymum.

Definitio.

Unum est quod in se indivisum est, & divisum à quolibet alio.

Præcedit

Præcedit Unum, quia absoluta sunt priora respectivis.

Definitur autem unitas non *Arithmetica*, Individualis &c. Sed *transcendentalis*, *includens genericam, specificam, &c.*

Dicitur in se indivisum. Et hæc formalis est ratio unius: Nam unius quidditas est essendi indivisibilitas. E.g. Homo dicitur unus essentialiter: quia secundum propriam adæquatam rationem non est divisus in essentiâ; licet in individuis Entitative dividatur.

Dicitur divisum à quolibet alio, ubi ad formalem rationem additur respectus. Unum ergo nihil positivi addit supra Ens, sed indivisionem: i. e. solam negationem.

Respectus unius *ad multa est*. 1. In oppositione quodammodo contraria, quodammodo privativa, *sed magis hæc. Indiviso autem non est privatio propriè dicta divisionis, ut vox alioquin sonat; sed contra: Nam Indiviso prior est divisione, & unum naturâ prius multo.* 2. In differentie reali à multitudine actuali, *nam hæc propriè & formaliter est multitudo; rationali, à potentiâ, ut in homine dicitur multitudo partium essentialium, quæ tamen potentiâ tantum dividit. In Identitate. Nam multa unum diverso respectu dicuntur; nec ulla est multitudo, quin uno participet. Quæ multa sunt numero, unum sunt specie; quæ specie, genere; quæ partibus, toto; quæ accidentibus, subjecto. Sic nullus numerus, tam magnus, quin unus ob multitudinis suæ finitionem.*

Diviso

Divisiones.

Unum aliud est per se, aliud per accidens. Hoc triplex est ad instar Entis per accidens. Illud vel est simpliciter unum, *ut solus Deus*; vel secundum quid, *ut quod dicitur aliud unum*. 1. Genere, propinquo vel remoto. 2. Specie, *ratione & definitione*. 3. Numero, *re & ratione*. 4. Analogia, *ut res quarum una habet rationem ad alteram*. Sic visio oculi & mentis unum quid est. 5. Continuitate, *per artem vel naturam*. 6. Indivisibilitate, *ut punctum*. 7. Subjecto.

Unitas porro, cum per se contrahit altitudinem, *oritur*.

TOTUM.

Quod sextuplex. 1. Perfectionale est, quod dicit perfectissimum individuae substantiae complementum. Et est solus Deus, *qui non componitur ex esse & essentia, actu & potentia, ut angeli; modo minus ex materia & forma*.

2. Essentiale, continet in se plura realiter, constituenta unam actu essentiam, ita ut plura illa ceu partes insint. *Vel: constat ex actu & potentia; sive sint esse & essentia, ut in spiritibus; sive materia & forma, ut in corporibus*.

3. Integrale rei quantitativum resultat ex partibus (*homogeneis vel heterogeneis*) quantitatem habentibus, *vel est quod continet plura constituenta nisi quiddam per continuationem, non per modum actus & pot. Differt ab essentiali: quia sublat a parte essentiali, totum tollitur, non statim, integrali parte ablat a, tollitur totum*.

4. Poten-

4. Potentiale, habet potentias diversas e subjecta *vel substantia*, que principia operationum existunt. Sic anima respectu suarum facultatum est tale totum, nempe potentiale.

Hic nota: totum realiter non differre ab omnibus suis partibus simul sumtis, collectis & unitis. Si autem partes disjunctim sumantur, e contra: Homo enim non est ipsum corpus *vel anima*.

5. Universale, est unum quiddam ad multa pertinens. Estq; vel complexum, & est *Enunciatio universalis*, vel incomplexum. Hoc vel est in causando, quod ad multorum effecta concurrat, ut, *Deus, Sol, Caelum &c.* vel in signando, quod est, conceptus, vox, vel signum aliquod plura significans, ut *Humanitas natura, equus &c.* vel in predicando, quod aptum est pluribus inesse *vel tribui*. Et hoc vel est analogum, quod secundum primum & posterius multis tribuitur, vel univocum, quod est unum nomen (ergo non multivocum) & ratione (ergo non equivocum) aptum ut pluribus in se, diversimodum, in illis multiplicetur. Non enim sola unitas, sed cum communitate conjuncta universale constituit. Alii ita hoc vocant: universale aliud est ante rem, ante multa, *Metaphysicum*, abstractum, ut *Deus, &c.* aliud in re, in multis, *Physicum, Concretum*; quod est ipsa natura universalis materialiter sumta, ut *humana*: alii d post rem, post multa, *Logicum relatum*; quod est ratio per imaginem a singularibus abstracta.

Notanda hoc loco tria. I. Formalem seu universalem unitatem differre ab individuali, ratione

tantum. II. *Universale*, non esse solam vocem aut nudum conceptum: sed naturam communem per vocem significatam, per conceptum representatam, & in Individuo inventam. III. *Universales* & communes naturas illas reales ante mentis operationem in rebus existere, etiam universalitas ipsa tantum obiectivè in intellectu sit. Primum liquet. Nam licet natura universalis distinctè & secundum se ab Individuo precisa considerari possit: illa tamen non est *Ens reale*; nisi in Individuo. Hinc illud *Destructis primis substantiis nihil est reliquum*. Genus ergo & species ab Individuo ratione saltem differunt. Secundum. Nam cum dicitur: homo est species, hoc predicatum nec voci nec ipsis Individuis competit: sed tantum nature illa universalis. Si e.g. homo, non nisi conceptus esset vel notio, que est accidens; predicatio accidentalis foret, cum de *Petite* dicitur. Tertium. Nam in rebus datur fundamentum abstractionis seu conceptionis universalis. Ergo in rebus universale in potentia datur. Universalitas autem in natura actu non datur.

6. Totum numerale est collectio unitatum, totum ipsum numerantium. Ut enim totum potentiale partes habet virtuales, universale subjectivas, &c. Sic *Arithmeticum* partes numeri numerantes,

7. Individuale (*τὸ κατ'ἑαυτὸν*, res singulares, *ἰοφύτων, ἑἴς τὴν σύστατον ἑαυτῶν ἐν τοῖς π' ὑπόστασις*) est unum quid numero, quod dividi nequit, ut in suo esse res una maneat.

Omnes autem res, que sunt, vel existere possunt
imme-

immediate, sunt singulares & Individua: etiam immateriae & substantia.

PRINCIPIUM hic requiritur ouerendo seu INDIVIDUIFICUM, quod est differentia contractiva speciei, & constitutiva ac distinctiva Individuorum: cum individuum à seipso non sit, nec res à seipso habeat distinctionem & unacuique nisi principium principiatum dicas esse.

In materialibus principium illud est Forma specifica communicata materiae. Illa ut causa principalis, haec ut causa sine qua non Forma: nā distinctio & determinatio omnis ab ea, cum actus sit, qui separat & distinguit. Istāq; ca specifica. Nā actum essentiae qualibet forma communis potest dare, existentia vero haec sola. Nec ulla alia. Nam 1. Ipsa est ultima & perfectissima, quippe causa nobilissimarum operationum. 2. Alia non datur nempe individualis quae esset, alias tota specie differrent, Individualis & simul operationes ipsorum, quae tamē secundum magis & minus duntaxat variant: quod nō à diversis formis, sed à aliis fit causis.

Non ergo principium est. 1. Scori haecitas, quippe purum nihil, cum nec substantia, nec accidens. 2. Ens rationis; quomodo enim Entis realis causa esset? 3. Accidens; tum enim Individuo prius esset. 4. Materia nuda, quia indifferens differentiam, potentia actum, imperfectum perfectissimum non producit. Eadem ut quantitate signata; nam unum per accidens unius per se non est principium.

Rerum autem naturalium respectu Intelligen-

ria creata per suum actum est unum quid & Individuum. *Materia enim caret, quam quia numerus respicit per analogiam intelligendum Angelos multos esse numero.*

CAP. III. DE VERO.

Definitio.

VERITAS est congruentia rei cum intellectu, *id est:*

Cōfor- mitas.	{	Rei	{	omnis	{	ad intel- lectum	{	<i>divinam.</i>
								<i>humanam.</i>
				artifi- cialis.				

Intellectus humani ad rem naturalem. Nam res naturalis non habet suum esse ab intellectu, sed hic ab illa accipit Ideam. E contra domus vera dicitur, qua conformis intellectui artificis.

Genus est congruentia vel conformitas. Nam omnis veritas est conformitas, non e contra. Ea autem dicitur rei, ut excludantur figmenta.

Veritas etiam, cum sit transcendens, nil reale, vel positivum supra Ens addit, sed tantum relationem rationis.

Divisio.

Alia est Incomplexa; transcendentalis, concepta, in essendo, & Metaphysica; estque in prima mentis operatione, qua mens simpliciter speciem intelligibilem concipit, repraesentantem rem extra mentem positam. Et huic opponitur Ignorantia, non falsitas: Nam fieret oppositio secundum idem subjectum: at in rei Entitate non est falsitas. Ut: qui Hyandarum speciem concipit, eas

autem

autem ignorat: non falsum, sed nihil intelligit de
 Hyenis. Veritas ergo primò est in prima mentis o-
 peratione, & propter hanc in secundâ. Alia est cõ-
 plexa, iudicii, exercita, in significando & Logi-
 ca: quæ in secunda mentis operatione, & veritas
 est concepta notiones seu species rebus accommo-
 dat, & cum illis componit, vel ab iis dividit. Hæc
 intellectus compositio & divisio, si cum rebus con-
 sentit, vera est; sin minus, falsa: ideoq; falsitas huic
 veritati opponitur, ut si quis lapidis speciem intelli-
 gibilem componat homini.

Nota: Difficulus inveniri veritatem. 1. Quia
 una est; falsitas multiplex. 2. Quia magna est im-
 proportio intellectus nostri ad res intelligibiles,
 quarum quedam nimis perfecta, ut Deus; quedam
 nimis imperfecta, ut materia prima.

CAP. IV. DE BONO.

Definitio.

BONITAS est perfectio Enti conveniens, vel,
 Est perfectio rei connotans convenientiam.

Genus est perfectio. Nam bonum & perfectum
 idem sunt materialiter & formaliter. Intelligitur
 autem perfectio non accidentaliter, sed essentialiter:
 quæ cum Ente retrocõmeat, & sic pessimus Diabo-
 lus bonus est. Malū namq; rei Entitatem non in-
 greditur, nec bono transcendentali opponitur.

Differentia desumitur ex ipso formali boni,
 quod est cõvenientia. Nam bonū ad Ens non ad-
 dit aliquod positivum aut reale, sed relationem
 relationis, quæ est convenientia in qua cum Deo

tran-

transcendentalis bonitas est positivus, & addit etiam negationem, nempe defectus.

Quidam dicunt bonum consistere in modo, ordine & specie. Nam omne Ens habet, 1. Modum, ut substantia vel accidens. 2. Ordinem ad finem. 3. Speciem & firmitatem propriam.

Definitio.

I. Alia est moralis; perfectio actus cum recta ratione. Alia naturalis; quæ est congruentia quædam naturæ vel forma perfecti, secundum naturam subjecti, ut in Elementis calor, frigus &c. quia perfectiunt sua corpora. Alia transcendentalis (quæ ad hanc scientiam tantum spectat) & est negatio defectus cujusque rei in suo genere.

II. Bonum aliud apparet seu existimatum, & per errorem bonum judicatum; Aliud revera bonum & tale quale cognoscitur. Hoc vel simpliciter & per essentiam Bonum, ut Deus; vel secundum quid & per participationem, ut alia Entia. Et hoc rursus vel in se dicitur bonum, perfectio-
ne & Entitate suâ sine convenientia & sic est Entis synonymum; vel respectu quodam bonum, ut declaratur per convenientiam & sic est Entis passio, omne enim Ens naturaliter convenit alii, cum quo habet naturalem aliquam proportionem.

III. Est Utile, Honestum, vel jucundum, Hoc; si bonum conveniens est; in ordine ad delectationem: *Istud*; si sine ordine ad delectationem. *Istud*; si ratione alterius, quod per illud tanquam medium obtinetur.

DE

METAPHYSICUM,
DE MALO.

17

Definitio Mali in suo formali.

MALUM est privatio perfectionis debitæ in esse. *Malum transcendentele nullum datur; definitur tamen ex hypothesisi daretur.*

Opponitur Bono privativè, si comparantur formaliter & abstractivè: Contrariè; si materialiter secundum res ipsas vel Entitates.

Non tamen omni bono contrarium est aliquod malum, nam nectus intelligendi & species intelligibiles, sunt bona; quibus nihil contrarium. Neque omni malo aliquid contrariè opponitur, ut privationibus honorum, quæ mala. Sed omne contrarium bono, malum. Non tamen vice versâ; cum & malum malo contrarium, ut avaritia profusionis.

Divisio.

I. Aliud est morale, seu in genere moris, quod est disconveniens agenti libero; aliud naturale vel in genere natura, quod rei naturali disconvenit; vel: est privatio boni naturalis, quod per naturam rei debebatur.

II. Aliud culpæ, quod in ætia est in actione vel omissione libera: Aliud pœnæ, quod est carentia boni ex præcedente aliquâ culpa contracta. Et hujus mali autor Deus dici potest, non prioris. Peccata namq; peccatis punit, ut unum peccatum alterius sit pœna.

Causa.

Efficiens non est, sed potius deficiens; & defectio, verius quàm effectio. Quod & aliquando Bo-

11172

num efficiens causa est mali: per accidens fit, ut cum natura generat monstra. Materialis non datur nisi in quâ. Formalis propria & intrinseca nulla. Finalis etiam formaliter non datur.

CAP. V. DE ACTU ET POTENTIA.

Dicuntur actus & potentia 2. De Entib. essentialiter divisis, quorum unum est Ens actus, alterum potentia. 2. Entes ejusdem diversis statibus secundum rationem existendi. 3. Eiusdem Entis diversis respectibus, ut actus dicat rei actualem existentiam: Potentia, possibilitatem rei actu existentis ad aliquid.

DE POTENTIA IN GENERE.

POT. Vel est activa vel passiva. *Intellige pot. transcendentalem, non predicamentalem; quæ Qualitas.*

Divisio data sufficiens est, cum alia potentia dari nequeat: nisi obiectiva seu Logica, quam vocant secundum non repugnantiam terminorum, huc non pertinens; & deinde potentis resistendi, quæ nova non est species. Resistencia n. alia est radicalis, alterius rei virtutem imminuens, quæ realiter non distinguitur à pot. activa, ut cum hostis hosti, calor igni, frigus frigi, aqua resistit: alia formalis per immediatam repugnantiam, quæ impotentia potius, & incapacitas quædam est, ut cum forma quædam aut qualitas in subjectum suum disponit, ut in eo simul contrarium esse nequeat, i. e. consistit in carentia vel retardatione contrarie actionis. Ut calor & frigus non possunt simul esse in uno subjecto.

DE

DE POTENTIA ACTIVA.

Definitio & Divisio.

POT. ACT. Est principium transmutandi aliud in quantum aliud. Estq; finita vel infinita.

Hæc (que solius Dei) alia absoluta, seu extraordinaria, alia ordinaria.

Absoluta Dei potentia dicitur, quâ sine respectu ad ullum attributum divinum considerata Deus omnia potest rationem factibilitatis (uti loquuntur,) habentia, & contradictionem non involventia aut repugnantiam.

Hinc multa divine potentia non subjiciuntur propter impotentiam in ipsis rebus tantum. Nam impossibilia posse, non est posse, sed non posse.

Deinde producere potest Deus, effectus, non de se. Deus que sunt potentia non impotentia. Ideo divina pot. non subjicitur que implicant esse & non esse simul. Sic Deus dicitur non posse mentiri, falsis facere, infelicem esse. Nam est impotentia tam contradictoria, & sic quoq; mandatum: At ille est veritas.

Ordinaria Potentia fit ad aliquid attributum divinum ordinata, operatur secundum communem legem & causas in universitate nature positas.

Hæc Deus dicitur multa non posse, ut ex lapidibus facere oves, aut absolute non esse, ut non esse mundum, nisi in effectibus simplicissimam sp. i. potentiam. Nos hæc in se non fingat, sed operetur concepta in se, ut in se non fingat, sed operetur concepta in se, ut in se non fingat, sed operetur concepta in se.

Potentia finita vel est rationalis, vel irrationalis seu naturalis.

Naturale hic sunt, ut voluntario operatur.

nitur; non ut violento, supernaturali, fortuito artificiali.

Rationalis ad utramq; contradictionis partem se habet. Estq; alia eliciens vel imperans, alia exequens, seu ad superiorem subordinam.

Illa in seipsa est & elicit actum modo rationali, Estq; vel ipsa ratio formaliter seu per essentiam, ut Intellectus; vel participative & per committentiam, ut voluntas.

Hæc in se quidem non est talis, sed sua natura obedire potest rationi; quia ejus regi imini subest; ut appetitus sensitivus, potentia locomotiva, &c. Ideo appetitus sensitivus hominis est liber.

Irrationalis, homini communis est, alia cum plantis, alia cum brutis.

Addi potest Obedientialis, quæ exequitur imperium vel motionem superioris agentis, ei que active cooperatur, aliterq; nequit operari.

Ut quando Deus creatura potentiâ ut instrumento utitur ad supernaturales actiones agendas.

DE POTENTIA PASSIVA.

Definitio & Divisio.

POT. PASS. Est principium in re, quo quidpiam pati potest ab altero, quatenus alterum, Estq; naturalis vel obedientialis. Increata enim nulla. Naturalis ab agente naturali in actum naturalem deduci potest naturaliter. Et si substantialem actum respicit, substantialis dicitur, si accidentalem, accidentalis.

Omnes autem res sive corporeæ, sive incorporeæ comparatione factis cū Deo (qui solus est simpliciss-

mus) dicuntur composita ex potentia & actu; ut Angeli, materia prima, omnes forma & accidentia. Materia prima ex esse & non esse. Angeli ex esse & essentia, ut in parte propria dicitur.

Obedientialis præter naturam in actum deducitur ab alia extrinsecus adveniente virtute; vel Dei vel artificis.

Obedientialis subjecta virtuti Dei est in omni factibili; sive sit privativum, sive negativum & purum nihil.

Subjecta arti vel potentiaæ activæ artificis est cum res obedire possunt operatione artificis, ut artificialis forma in iis formetur. Ut cum ex ligno fit statua.

Deinde Potentia vel est remota, vel propinqua; de quibus in *Physicis*.

DE ACTU.

Definitio.

ACTUS est qui dirigitur ad potentiam, eamque perficit.

Actus, cum sit transcendens & unum de primis simplicibus, proprie non definitur, ut & alia.

Definitur actus respectivè sumtus, qui aliud actuat & ad unum perducit; non absolute sumtus qui est mere actualis, ut Deus, Angeli, &c. qui vocantur actus; nec ut sumitur pro motu vel operatione præveniente à potentia activa, qua dicitur *ἐνεργεια*.

Divisio.

ACTUS alius est purus, alius impurus. Ille nullum materiae commercium agnoscit. Hi

Hic maximè; & est Entitativus vel formalis. Entitativus est qui rem ponit extra nihil in Categoria Entitatis; *quale habet materia prima.*

Formalis vel est primus vel secundus.

Actus secundus ipsa est operatio à formâ procedens: Actus secundus respectu operationis, non Dei (*Nam sic omnis res creata est actus secundus*) nec successionis actuum, *ut cum primus dicitur aut precedit, secundus qui sequitur.*

Actus primus, *(dicitur quod sit causa secundi)* est ipsa cuiusq; rei forma, unde aliqua operatio prodit: Estque vel Physicus, ut forma Physica; vel Metaphysicus; qui vel est Essentiæ, ut differentia; vel existentia; ut ipse modus subsistendi. *Alii posteriores duos actus ita describunt: Actus essentiæ est, qui rem ita actuat, ut ejus essentiæ constet, quæ definitione representatur. Existentiæ, est eadem forma, sed considerata, ut est in materia propria.*

Hi duo actus in actu puro (*maximè in Deo: nam Angeli medio modo se habent inter Deum & creaturas*) non differunt, sed in impuris. *Nam Petrus & Paulus communem habent actum essentiæ, rō rationale, non existentia; quoniam differunt ipsum quod i. e. suppositum ex materia & forma constans, & ipsum quo, i. e. principium à quo est ratio formalis, nempe, anima rationalis.*

Notanda insuper hic tria. 1. Potentiæ respondere actum; *sed activa, talem qui ab eâ promanet; passiva, talem qui formaliter perficiat.* 2. Actum & pot. passivam; *quæ primò & per se ordinata*

nata

nata est ad ealem actum, ut perfectum ad imperfectum, esse in eadem categoria. 3. Actum priorē esse potentiā. 1. Definitione, quia est de definitione potentiæ. 2. Perfectione. 3. Bonitate & malitia. Actus enim in bonis est simpliciter bonus, in malis malus simpliciter: potentiā secundum quid, quippe per se indifferens ad bonum & malum. 4. Intelligentia, Nam intellectus non reducitur in actum ex se, sed ab objecto intelligibili, quod est actu. 2. Veritas & falsitas consistit circa compositionem & divisionem, quæ actus sunt non potentiæ. 5. Tempore; at in diversis subjectis, non eodem. Nam potentia passiva reducitur in actum, per actum, id est, Ens actu.

CAP. VI. DE CAUSSA ET
CAUSSATO

Cum causa causatum respondeat; huius naturæ ex illius declaratione facillimè innotescit, ideo de causis saltē agam.

Definitio.

Causa est principium importans influxum ad esse causati.

Definitæ naturæ vel vox 4. causis analogicè tribuitur, & ipsa quoq; idcirco definitio. Sumitur autem definitum non latissime, ut cum principio recipitur, sicut Arist. aliquando privationem causam vocat, nec strictis. ut cum efficiente; sed in mediâ significatione, ut cum 4. causarū generib;.

Generis loco est Principium; non latè sumtum pro alicujus actionis initio; nec ut in ordinatione loci, aut successu & fluxu tēporis aliquid primū dicitur

itur; sed prout respectum dicit inter se & principiatum: Et sic rursus, non pro eo ex quo aliquid oritur, non per veram & realem causalitatem, ut est privatio: sed ex quo per realem influxum aliquid oritur.

Per influxum generaliter intellige causationem vel concursum, quo unaquæq; causa in suo genere influit in causatum. Divisiones.

Causæ sunt 4. duæ internæ & totidem externæ, quarum distinctio formalis est. Nam internus influxus MATERIÆ est per modum potentia, FORMÆ per modum realem, FINIS per intentionalem & metaphoricam. Materialiter autem & realiter non semper necesse est distingui, cum diversa ratione una plurius causarum vicem suffineat. E.g. Forma est causa formalis, respectu compositi; finalis, respectu generationis & alternationis, Efficiens operationum; Et tandem à multis materialibus dicitur suarum adiectivum; ut anima rationalis, quatenus subiectum intellectus & voluntatis.

DE MATERIA.

MAT. Alia est in qua, alia circa quam, alia ex qua: quæ est vel prima de qua in Phisicis, vel secunda. Et hæc vel permanens, ut lapides in domo; vel transiens, ut farina & aqua in pane.

DE FORMA.

Forma alia Metaphisica dicitur, alia Phisica. Metaph. vel à nullo dependet principio, ut forma Dei, vel ab aliquo; & vel est in nullo corpore, ut forma Angelorum & anima separata, vel in

in aliquo eoq; aut corruptibili, ut anima rationalis, aut incorrupta, (secundū Arist.) ut forma cali.

Physica vel naturalis (nam artificialem omitto, quæ est figura ab artifice in subjectum introducta) est alia substantialis, alia accidentalis.

Substantialis vel assistēs, ut neuta navi; vel informans, quæ generica, specifica, vel numerica.

Specifica vel separabilis vel inseparabilis. Hanc voco quæ separatim non existit, & est Inanimatorum vel animatorum, hæcque vegetativa vel sensitiva. Accidentalī, vel est Interna, ut habitus, aliæque interiores qualitates; vel externa, ut forma faciei, manuum, &c.

DE EFFICIENTE.

EFFIC. vel est potentiā, ut fabricator otiosus, vel actu. Si actu; tum vel per se, vel per accidens. Si hoc; tum vel respectu causæ, ut cum medicus extruit domum, vel respectu effectus non intenti provenientis aut raro, ut fortuna & casus, aut semper, ut febris est causa temperantiæ.

Efficiens per se I. Alia remota & universalis: ut Sol hominis; alia propinqua & particularis, ut pater & mater prolis. Hæc vel est solitaria, ut Christus nostræ redemptionis; vel socia, ut duo equi, cum trahunt currum.

II. Alia per emanationem, ut forma suarum operationum, alia per transmutationem quæ agit in subjectū à se diversum. Hæc vel est formalis seu univoca, i. e. ejusdem speciei cum causato, ut homo generat hominem vel virtualis æquivoca, seu analogica, ut cum Sol ex pulvere ruas producit.

III. Alia est instrumentalis seu auxiliariis, ut *ferrea*: alia concaussa & cooperans, ut *adhaerens*: alia principalis, ut *faber ipse*. Principalis vel est procreans, ut *naupegeus*; vel conservans, ut *natura*; vel inter. mens, ut *pirata*.

IV. Alia naturalis, semper eodem modo agens, necessario & sine deliberatione, si modo 1. Virtutem habet integram & sufficientem. 2. Objectum capax & vicinum. 3. Virtus ejus altitudo superat resistantiam patientis. 4. Adest medium aptum. 5. Alora quaedam. 6. Patiens non habet formam intentionem aut terminum ad quem.

Alia voluntaria & libera, & vel mere libera; vel secundum quid, volens quidem effectum sed appetitu tristi: ut cum viator ad redimendam vitam latronibus bona sua distribuit.

V. Alia moralis, ut consulens, rogans, dolens, non impediens: quando potest & debet; per se quidem verè non efficit; ita tamen se gerit, ut ei impeditur effectus. Alia Physica verè in effectum influens & agens immediate vel virtutis cum per istam virtutem agit, ut ignis immediate per calorem: vel suppositi, cum inter agens & subiectum nullum singulare per se subsistens interjectum est, ut cum aqua manum abicit. Hic opponuntur, quae mediate agunt, mediatione virtutis, ut cum aer, lumen Solis vel Luna communicatum emittit; aut mediatione suppositi, ut inter fabricum & statuum securis.

DE FINE.

Sumitur hic non improprie pro termino durationis,

nis, qualis est mors; sed proprie pro termino intentionis, & sic est causa finalis alia & generationis internus, subordinatus seu non ultimatus, ut fabri finis est domus: alia $\bar{\omega}$, rei generatae, externus, principalis, ultimatus, ut habitatio.

CAP. VII. DE ENTE NECESSARIO

& contingente.

Definitio & Divisio Necessarii.

NECESSARIUM est, quod non potest non esse. Estque vel complexum vel incomple-
xum. Incomp. est res simplici termino prolata; Et hoc vel independens seu absolute necessarium est, ut solus Deus; vel dependens, ut angeli, & res creatae omnes.

Complexum est Enunciatio de re necessaria, vel hypotheticum vel absolutum. Illud oritur ex certo respectu; ut, *Petrum sedere, eo momento, quo sedet, necessarium est hypotheticum.* Hoc non ita respectui vel tempori est alligatum; & oritur vel a causa externâ nempe efficiente vel finali: vel ab internâ, materiâ nimirum vel formâ.

AB EFFICIENTE, necessitas vel est Physica seu naturalis, ut *ignus necessario urit, nisi divinitus impediatur:* vel violentiae coactionisq; cuius principium extrinsecum est; vel quando agens operatur cum displicentia contra voluntatem.

A FINE, est ex suppositione vel finis vel expedientiae. Illa ita rei incumbit, ut finis esse nequeat nisi res talis sit, ut *animali necessaria est respiratio ad vitam.* Haec dependet ex ratione com-

modi quod confert ad melius esse: ut qui Rhenum hic transmittere cupit; commodius per pontem aut cymbam, quam alias. Nota: Quamvis à fine necessitas ad hypotheticam pertineat, tamen docendi gratiâ catenam divisionis servamus, ut in omnibus ferè aliis capitibus.

FORMÆ necessitas formam sequitur; alias necessitas definitionis & demonstrationis, ut homo necessario per suam formam homo est: & illa ablatâ non amplius est homo.

MATERIÆ necessitas materiæ conditiones sequitur. Hinc omne generabile & corruptibile necessario materiatur.

II. Vel consequentis vel consequentiæ. Necessitas consequentis est dependentia essentialis causæ & effectus, ut si Sol ortus est, dies est.

Consequentis, quando necessaria sunt quæ mutari possunt, sed tamen non mutantur, quia causæ eorum non mutantur. Sic necesse est ignavos manere indolitos, quia causæ non mutantur, id est, ignavia.

Definitio & Dissolvo Contingentis.

CONTINGENS est, quod fieri, vel non fieri potest. Excludit contingens late sumtum ut includit necessarium. Est autem

I. Vel incomplexum, ut currere, bibere, &c. vel complexum, Enunciatio de re contingente.

II. Aliud in Universaliter, ut contingentiâ universaliter accepta, quæ necessario datur, & ita necessitatem involvit. Aliud in particulari, Et hoc vel in utrumlibet æquè est contingens, ut quod à libero

libero dependet agente; vel magis alterutro modo fit; Et vel plerumq; contingit: ut hominem nasci *μωροκαυκαλον*: vel plerumque non contingit, i. e. raro; ut cum nasci bicipitem.

CAP. VIII. ET ULT. De modis Disjunctis mediatis, id est DE MODIS UNIUS.

Hactenus de modis disjunctis sequentes Ens immediate, nunc de iis qui mediante modo unius sequuntur. Vnum autem in suis modis consideratum, est finitum vel infinitum, perfectum vel imperfectum, prius vel posterius, idem vel diversum, æquale vel inæquale; simile vel dissimile.

DE FINITO ET INFINITO.

FINITUM est quod unitate transcendentali finitum est determinatumq; Unde *Axioma Metaphysicum*: Quicquid discedit ab unitate transcendentali, discedit vel ad infinitum, vel ad nihilum, i. e. vel falsum est, vel infinitum.

Finitum unitate transcendentali est præditum essentiâ vel finitâ cuius essentiâ perfectio certis limitibus continetur; vel infinitâ, cuius semper aliquid extra accipi potest.

INFINITUM aut dicitur de non Ente simpliciter, aut de Ente; Et tunc est infinitum potentia vel actu. Hoc vel est virtute, ratione perfectionis, ut est solus Deus; vel duratione à parte vel omni, ut idem Deus; vel unâ tantum, nempe posteriori, ut angeli & anima rationales. Illud vel est substantia imperfecta, ut materia prima, quæ est infinitum privationis, quod restricta nõ sit ad cer-

tam formam: vel quantitatis; discreta per additionem; continuâ per divisionem, in qua non datur minimum, esset enim si daretur, aut quantum & tunc non minimum; cum omne quantum divisibile: aut non quantum; & sic etiam non minimum: nam minimum esse, est affectio quantitatis, & totum autem vel punctum non datur.

DE PERFECTO ET IMPERFECTO.

PERFECTUM est, cui nihil deest ad debitam sibi integritatem.

Estque vel primò vel secundariò perfectum. Per se & primò dicitur. 1. Virtute, & tribuitur absolute atq; simpliciter Deo: in suo genere, aliis etiam, ut Medico, Philosopho, &c. qui in sua arte, à nemine superatur. 2. Quantitate, cui nulla particula debitæ quantitatis deest; & tribuitur absolute mundo; in suo genere omni Enti. 3. Consecutione finis, tributum simpliciter beatis mentibus, in suo genere aliis (ut Orator) qui quod intendunt assequuntur.

Secundariò & in collatione alterius, est quod 1. Producit tale quale est ipsum. 2. Quod aliquid perfectè habet, ut ignis calorem; representat, ut imago vivæ congruens, imitatur, ut discipulus magistri.

DE PRIORI ET POSTERIORI.

PRIUS aliquid dicitur. I. Quantitate, vel discretâ, & est ordinis prioritas, vel continuâ, secundum locum, tempus vel motum. II. Natura seu ratione efficiendi, ut 1. Quod potest esse sine alio, aliud

aliud vero non sine hoc; sic prior est substantia acci-
 denti bus; unitas binario. II. Alius toto prior dicitur,
 & actus potentia. III. Cognitione. Prius autem
 tem cognitum est quid vel sensui, ut singularia;
 vel intellectui, ut Universalia. Deinde priores sunt
 partes definitionis definito, & passio subjecti prio-
 ris passione subjecti posterioris: ut rectitudo; affectio
 lineæ, leuitate, superfici affectione.

Et tot modis dicitur POSTERIUS, quot prius.
 DE EODEM ET DIVERSO.

IDEM dicitur vel per se, vel per accidens.

Per accid. vel in simplicibus, quod tribus dicitur
 modis, ut Ens per accidens; vel in compositis,
 idq; dupliciter. I. Quando compositum subji-
 citur, ut homo musicus est musicus vel est homo. 2.
 Quando præcipiatur. Per se vel dicitur absolute
 vel in. Absolute eadem sunt, quæ materiam &
 formam non mutant, ut æterna & universalia,
 in eadem sunt. 1. nomine tantum convenientia,
 ut Homonyma. 2. Et nomine & re, ut sunt I. omo-
 nyam, genere convenientia. 2. omoeidm, quæ specie.
 3. quæ numero eadem ut, sunt πολυώνυμα, defini-
 tis & finitum, subjectum & propria ejus passio;
 & c. 4. proportione & analogiâ e. ut quæ conveni-
 unt in uno predicato secundum proportionem de-
 re dictu. Sic idem proportione sunt caput hominis
 & Christus, 5. Causa, 6. Subordinatione, ut homo
 & animal, quæ quodammodo eadem sunt; quo-
 dammodo non.

DIVERSA proprie dicuntur, quæ in diversis
 sunt Categoriis, & in uno aliquo predicato non

conveniunt, quod ad eorum essentiam spectet. Differentia proprie dicuntur quæ in una sunt Categoria, ut ita diversum sit aliquid superius ad differre. Alias Diversa dicuntur 1. Genere. 2. Specie. 3. Numero. 4. Causis. 5. Subordinatione, ut homo & animal. 6. Subjectis, ut albedo lactis & nivis. 7. Accidentibus, ut Petrus senex à seipso puero. 8. Voce tantum, ut multiboca. 9. Modo rei vel accidentis, ut motus celer & tardus. 10. Modo considerandi, ut definitio & definitum; acclive, declive.

In his locum habent alius & aliud, quorum illud respicit personam, hoc essentiam. In divinis enim alius est pater, alius filius, alius Spiritus S. sed non est aliud atq; aliud. Et in Christo Jacobus & alius, aliud humanitas, aliud divinitas. Idem tamen est Christus; & non alius atq; alius.

Ex diversitate oriuntur Distinctio & Oppositio. De Oppositione accurata tractatio videatur in Enchiridio Logico.

DE DISTINCTIONE.

DISTINCTIO alia est realis, alia rationis. REALIS, est quando ea differunt quæ 1. diversas habent essentias sine operatione intellectus. 2. Subjecto differunt. 3. Suppositis. 4. Quæ improprie & per accidens se distingui dicuntur, ut quorum unum est de alterius realitate; sic differunt totum compositum & eius forma.

Realis dist. alia est positiva, quando res positive distinguuntur, ut homo & leo; alia negativa

va; cum aut Ens à non Ente, vel duo Entia privata inter se discernuntur.

RATIONIS distinctio est, qua aliquid distinguitur, non ut res una ab alia, sed qua fit operatione intellectus. Estq; vel rationis ratiocinantis, vel ratiocinatae. Illa nullum habet in rebus fundamentum, sed ex mera negatione intellectus oritur, unde dicitur pura rationis: ut Petrus est sibi ipsi amicus. Haec ex naturâ rei & occasione fit: ut in igne distinguitur potentia calfactiva ab exsiccativa. Distinguntur autem ratione 1. Qua subjecto Unum sunt. 2. Qua alia consideratione vel relatione discernuntur. 3. Quando ex natura rei discernuntur, ut discriminis causa in rebus sit. 4. Quando reperitur in re causa aut fundamentum Ratiocinantis, vocat Formâ puram: ratiocinatum vero vocat virtutalem, vel ex natura rei eminenter. Bimembri divisioni huic addit distinctionem ex natura rei, qua aliquid distinguitur ab aliquo præcisè operatione intellectus, & ut illa latius se extendat quàm realis. Illamq; subdividit in formalem, modalem, potentialem. Formalem rursus in essentialiter formalem & puram. Praestat autem veterum bimembri Divisio distinctionis, cum ad eam re- vocari optimè possint quaecunq; alia.

Alii Reali & Rationi addiderunt Formalem, qua non plene cum reali coincidit. E.g. Animal & homo distinguuntur formaliter, id est per suas formas: sed non realiter, neq; etiam essentialiter, cum animal sit de essentia hominis. Sic actio & passio differunt formaliter, per suas definitio-

nes, & quia diversa sunt genera: sed non equaliter.

DE ÆQUALI ET INÆQUALI, ITEM
Simili & Dissimili.

ÆQUALIA sunt, quorum una est quantitas.
Unde tot species equalium, quot quantitatum.

INÆQUALIA e contra de fine.

SIMILIA, quorum qualitas una. DISSIMILIA, e contr.

PARS PROPRIA.

PARS SPECIALIS est, quæ de Entis communibus speciebus (substantia & accidente) analogicè ita dictis tractat, quatenus ad hanc scientiam pertinent. Ens enim secundum prius & posterius dividitur in substantiam & accidentem.

CAP. I. DE SUBSTANTIA

In Genere.

SUBSTANTIA vel est incompleta ut materia & forma, vel completa. Hæc vel spiritualis seu incorporea, vel corporea. Incorp. vel est ad aliud quod informat determinata, ut anima rationalis, cui plurima cum Angelis communia sunt, præsertim in statu post mortem; vel absoluta, quæ simpliciter in se spiritualis est, & ad nullam materiam ordinata. Hæc vel infinita est, & increata, ut Deus; de qua 2. cap. vel finita & creata, ut intelligentia, de quibus ult. cap.

Corporea ex materia & forma componitur, diciturq; Corpus, quod simplex est aliud, mixtum

vel

vel compositum. Illud vel est immutabile, constans, & à mixtione alienum, ut cælum & corpora caelestia; vel mutabile, inconstans, & ad mixtionem ordinatum, ut 4. elementa, mixtum vel est imperfectè mistum, ut vapor & halitus; ex quibus meteora ignea, aerea & aquea, vel perfectè, ut sunt corpora quaedam inanimata, quaedam animata. Illa sunt mineralia & metalla. Hæc vel sunt vegetantia, ut herba, frutices, subfrutices & arbores: vel sentientia. Hæc rursus vel vera, vel *quædam* plantaminantia, quæ ad plantarum naturam propius accedunt. Vera, vel rationalia sunt ut homines, vel irrationalia, ut Bestiæ, quarum alie volatiles, alie aquatiles, alie terrestres, alie antipites, ut *anopheia*, quæ & in terra & in aqua degunt, veluti Crocodilus, rana, &c.

CAP. II. DE DEO.

Substantia vel Ens substantiale aliud est, per essentiam, independens, increatum, à se necessarium, infinitum, purum, actuale, quod est Deus; aliud per participationem, dependens, creatum, contingens, finitum, potentiale.

Essentia Dei.

ESSE DEUM Philosophi saniores nulli dubitarunt. Essentiam autem Dei nemo quiditativè & luminis naturæ intelligit, ne ipsi quidem Angeli. 1. Nam si Deum, ut in se est, comprehenderet; aut Deo esset præstantior, aut similis. 2. Quia Deus non definitur; quippe in quem non cadit genus. Unde rectè dicitur Deus substantia; sed non talis, quæ in prædicamento locetur. Quomodo enim in prædi-

dicamento substantia reponetur is, qui est super-
substantialiter substantia?

Estq; Ens simplicissimum, quo nihil natura prius,
quo cum rebus aliis creatis conveniat, & com-
munem constituat rationem.

Definitio itaq; Dei in Theologia proprie loquen-
do nulla datur, quidquid alii pugnent de definitionem
dari, non Logicam, sed Theologicam, eamq; pro-
priam seu proprie dictam: hinc forte persuasi, quod
scriptura Deum spiritum vocet, atq; ad humanum
captum se accommodas per attributa quasi descri-
bat. Atqui Respx. Spiritum de Deo quovis dici.
Nec alia vocabulorum est copia, nec modus concipi-
endi subtiliter intellectui nostro finito. At si res
ipsa, i. e. natura Dei consideretur; longè alii de Deo
merito formandi essent conceptus. 2. Quod per at-
tributa Deus à nobis cognoscendus proponitur, id
ipsum definitionem veram & propriam latitare
arguit. 3. Si definitio in Theologia proprie (ut illi
volunt & contendunt) dicta Dei per eam causam
dabitur, quidni etiam oculos, brachia, & c. etiam à
scriptura Deo attributa, proprie ei competere quis
argueret? 4. Imò infinitum finiti capax esset. 5.
Et in Theolog. infinitum verè ac proprie finiri seu
definiri posset. 6. Adde si proprie dantur in Theolog.
definitiones qua Logice non sunt; nobis st atuen-
das esse in Theologia regulas, juxta quas definiti-
ones consiciende. Ita quoq; in Philosophia practi-
ca, naturali, medica, & c. sine Logica adminiculo,
rei cujusq; daret quæ definitione, Divisionem, De-
monstrationem, & c. hac excusatione adhibita, non
esse

esse Definitionem, Divis. vel Demonstr. Logicam, Grammaticam, Ethicam, Physicam, Medicam, &c. Summatim: Logica tota hac ratione exterminaretur, cum omne suo satisfactio: modiq; sciendi cum ipsis scientiis confunderentur miserrimè.

Quamobrem Deus definiri definitione propria non potest, sive Logicam dicas sive Theologicam; quippe cujus quiditas & essentia conceptum intellectui finito formalem nullum imprimit. Ex verbo tamen scripto & hominibus patefacto cognosci potest, sed imperfectè in hac vita.

Ductu naturæ etiam Deus cognoscitur, sed per effecta. *Attributa Dei.*

Quamvis in Deum non cadat Accidens; tamen illa omnia dicuntur ad eum quædam.

Attributa ergo summi Entis, quæ lumine naturæ ab homine intelliguntur, hæc potiss. sunt; Deus 1. Est potens, & quidem omnipotens. 2. Bonus, misericors & benignus. 3. Ateraus; nam unum primum ante se aliud non habens, querere oportet. 4. Infinitus, non quidem mole quantitatis; sed virrute, essentia & perfectione. Nam quod à nullo, in se, per se existit, id absolutè perfectum erit, & tale cui nihil addi aut detrahi potest. 5. Spiritus simplicissimus. Nam est primum Ens, & si compositum esset, aliquando capisset. 6. Immutabilis. Nam mutatio postulat aliquam compositionem & subjectum. 7. Immensus, i. e. ubiq; est & operatur. 8. Incomprehensibilis & ineffabilis. 2. Quia infinitum virtus finita non comprehendit. 2. Quia vera comprehensio requirit adequa-

adequationem rei intelligentis & objecti. Cum Incomprehensibilitate cobaret ineffabilitas; nemo enim plus loqui potest, quam concepit. 9. Intellectualis. 10. Felicissimus. 11. Justus, &c.

CAP. III. ET ULT. DE INTEL-

ligentis.

Essentia & Natura.

ESSE INTELLIGENTIAS, etiam non dubitatur. Esse verò earum ita habet. Non sunt quidem composita ex materia & forma; actus tamen puri non sunt, sed aliquid potentialitatis (uti loquuntur) includunt. Sunt enim composita eo, quod aliquo modo respondet potentia & actui. Vocant, esse & essentiam. Illud est receptivitas essentia. Haec, qua Angelus est id quod est.

Attributa.

1. **Quantitas.** Cum intelligentia orta sint & finita, quantæ erunt, non quidem quantitate prædicamentali, sed intelligibili. Potest enim intellectus in se intelligere unam partem, quæ non sit alia.

2. **Locus** propriè eis non tribuitur, sed ubi. Cum enim finita sint, ubiq; non sunt, sed in aliquo ubi non per circumscriptionem, sed per definitionem essentia, unde plures in loco uno simul esse possunt, cum se invicè obice corporeo non extrudant.

3. **Tempus** non etiam propriè tribuitur, Interim finita cum sint & orta; multò minus æternitas. Ergo ævum.

4. **Motus** ex uno ubi in aliud in instanti, qui motus rei est incorporea. Nō enim moventur motu

conti-

continuo corporis mutando locum, cum respectu corporum sint simplices & indivisibiles.

5. Voluntas, quæ in eis inest ab intellectu distincta & arbitrii libertate prædita. Nam appetitus intellectivus sequitur in eis intellectum, ut in nobis rationalis rationalem. Hinc dicit sacra pagina liberè potuisse Angllos à vero bono deficere, ut non solum jam sint Angeli boni, Spiritus administratorii: sed & mali humani generis hostes juratissimi.

6. Scientia, quæ ad omnia scibilia se non extendit, cum virtutem habeant creatam; quæ certò nihil cognoscit, nisi ex causis. Angeli ergo ex se omnia non sciunt: non effectus supernaturales, ut tales, non futura contingentia; non phantasia aut intellectus in homine conceptus; neq; voluntatis electiones: ut extreme vani ac profani sint, qui in curatione morborum ipsum Dæmonem consulunt prætedentes eum interiora corporis ex arte scire, ad eorū viam, quæ remedium conveniens ad morbum radicum deducendum. Sed de his aliàs accuratiùs;

Nunc DE ACCIDENTIBUS novem istis, quantitate, qualitate, &c. agendum esset. Verùm cum in Enchiridio nostro Logico, de omnibus Prædicamentis accuratè satis agatur; Lector eo ablegandus, ne crambæ eadem bis coctæ reponi dicatur. Hoc tamen adhibendum discrimen: in Metaphysicis summa rerum *Entia* considerari vult, eorumq; naturam absolute inquiri, nullo habito spectu ad *æτὼν* categoricam; In Logicis autem res non quatenus res tractari, sed ut secundis
impos

impositionibus substant, i.e. ut sunt genera species, &c. ut ita termini simplici ad subjectionem & Predicationem ordinentur, tandemq; internus Logice finis ultimus acquiratur. Metaphysica igitur summa rerum Entia quatenus talia contemplatur, & prout Entis quasi species quadam sunt: Logica ut Entia dicibilia, & secundum sub & supra (uti laquantur) in genere aliquo ordinabilia.

LECTORI.

Hæc sunt, Lector Benevole, quibus quantâ fieri potuit brevitate, perspicua tamen, universam Metaphysicâ includere voluimus, ne quod prætenderent, Philosophiæ tyrones haberent, semper pænè prolixitatis autore: Metaphysicos incusantes: hæc ante artium hæc dominam insalutatam relinqui summo jure posse rati. His etenim usibus hucusq; destinata compendia, quid dispendii habeant, in nonnullorum utilium neglectis, haud paucorum in utilium adjectis, verborum deniq; pleno strepitu; alii tacente sunt ac fuere iudices. Quia verò memoriz studiosorum Philof. hoc Enchiridion infervire voluerimus, monendum hoc unicum: ut quibus nimis angusti memoriæ pœnates, ea duntaxat ceu oppidò necessaria, memoriæ infellant, quæ typus majusculis (antiquos appellitant) exprimi curavimus,

Vale.

F I N I S.



Viro Clariss. & Excellentiss.

Dn. CASPARO
BARTHOLINO PHI-
los. & Medic. Doctori

*Fautori & Amico perpetim
honorando.*

Laudatur, populos alio sub sole
(calentes

Qui videt, & varia cogni-
(tione redit.

Laudatur, Sophiæ qui scandit in abdita,
(rerum

Eruat ut causas, quæ latuere
(prius.

Laudatur, medicâ qui cor citus arte
(Machaon

Eximere è stygia corpora nave
(potest.

Lauda-

Laudatur, magnete suo cui Gratia mo-


Illinit, ut cunctos moribus alliciat.
Laus sua cuiq; datur. Sed BARTHOLINE


(tibi omnis:
Namq; animo hæc insunt omnia

(clara tuo.
Janus Hermannus P.L.



Handwritten text in cursive script, likely a signature or a date. It appears to read: 'Janus Hermannus P.L.' followed by a date '1665' and possibly 'F. Salisburgi'.





3. Densitas soliditas & gravitas,
frigiditatem ceu matrem insequentem.

4. Situs in medio mundi verisimile-
tam sitam, instar centri: cum 6. signa Zo-
diaci semper sint supra terram & totidem
infra; cœlū in 2. partes æquales nobis sem-
per secetur; tempus antemerid. pomeridi-
ano æquale sit

5. Figura globosa
unde & scri-
va nominat
gia corpor
noidali, o
libus app
qua cur
Monte
le in
trab
inie
lut
di
s
forte

6. Magna
aqua con-
lia passim
terra locis
est instar
portione,
i. 6. signa
semper no
ad occasu
longè min
cum aqu
su
stea
a su
ris pro
loris a
erata t
tia Ger
commodi
in diame
vel 860.
7. Qu
re veteres
cus, Gilbe
Bercur



3. Den
frigiditate.

4. Si
eam sitam
diaci semp¹⁰
infra; cœlū
per secetur
ano aquale

5. Fig
unde & ser
va nominat
gia corpora
noidali, ori
libus appa
que cum tel
Montes &
le in magn^o
trabunt. D
initio condi
ludio primū
dicitur supe
quieuisse sup
vis ut hodi
montes nov
forte univer



Focus

N

M

L

K

J

I

H

G

F

E

D

C

B

A

15

14

13

12

11

10

9

8

7

6

5

4

3

2

1

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com



6. Mag
aqua con
lis passim
terra locu
est instā
portione
1. 6. signa
semper n
ad occas
longè m
cum aq
longè s
Et mult
maria s
maris pr
sudoris a
derata t
aria Ge
commoa
in dian
vel 860.
7. Qu
re veter
cus, Gilb
Beretur